

QK 299

19

v. Gersdorff

Z6  
3190

CXXVI.

De

# ILLUSTRIS FAMILIÆ GERSDORFIANÆ

*origine & incremento,*

Nec non

DE REGIA CHRISTI GENEALOGIA,

*Duo dilecti,*

Et commendationem bene meriti

*Discipuli,*

CHRISTIANUS Gottlob Kaulfuß/ Fridbergâ-Siles.

*Valedicturus.*

GEORGIUS Gottlob Stengel/ Budissâ-Lus.

Die 27. Decembr anni jam præcipitis

Orationes Latinas memoriter sunt habituri.

Hos ut

*Tot. Tit. Dn. Patroni, Fautores & Amici*

*solitâ humanitate dignari, & ultimum meum actum,*

*exoptatâ præsentâ illustriorem reddere velint,*

*extremâ hâc petitione instat*

M. JOHANNES Rosenberg/

Scholæ Budiss. Evang. Rect.



*Eobanus Hessus in Ps. 112. p. 298.*

Qui scrutans Præcepta DEI, se oblectat in illis

Et nihil hæc extra, quod meditetur, habet.

Posteritas præclara viro nascetur ab illo,

Hujus erit toto semen in orbe potens.

Huic bona cunctarum non deerit copia rerum

Nullus Justitiæ terminus hujus erit.



BUDISSÆ, Literis Richterianis.

55

radi 1780



**V**eterum familias à Lethæis undis vindicare,  
 & Memoriae templo consecrare laude di-  
 gnus labor est. Et sic non rarò *Metellorum,*  
*Scipionum, Pompejorum* & aliorum Enco-  
 mia in Scholis audiuntur. Movent hæc exempla,  
 animos, ut cum *Themistocle* noctes etiam insomnes  
 ducant, & de æquandis eorum virtutibus seriò cogi-  
 tent. Sed majorem admirationem excitant, acric-  
 resque stimulos admovent, quæ in recenti Lectorum  
 vel Auditorum memoriâ adhuc versantur. Magis  
 etiam movent domestica, quàm peregrina, certa,  
 quàm incerta. Et quis ita est in historiâ hospes, ut  
 nesciat, Historicos sæpe plus Amori & odio, quàm  
 veritati dedisse, & relictâ *Veronâ, Placentiam* versus  
 cursum direxisse? *Taciti*, historici gravissimi, obser-  
 vatio est; pluribus modis in Historiâ sui temporis in-  
 fractam fuisse veritatem, primum incitiâ Reip. ut alie-  
 na, mox libidine assentationis, rursus odio adversus Do-  
 minantes. Et tamen idem *Tacitus* talpâ cæcior fuit  
 in Historiâ Judaicâ Lib. V, hist. c. 1, quam ex meris fa-  
 bularum laciniis confutam reliquit. Similia delira-  
 menta anilia legere licebit, apud *Justinum, Strabo-  
 nem* libr. 16. & *Diodorum Siculum* lib. 4. Recentiora  
 itaque magis veritati sunt consentanea, magis nota  
 magis etiam grata atque utilia. Idque, ut alias cau-  
 sas præteream, laudandum *Juvenem Kaulfussum*  
 commovit, ut valedicturus recentem eligeret histo-  
 riam, inque eâ considerandam susciperet *Illustrem*  
*familiam Gersdorffianam*, cujus splendor non *Lusa-  
 tiam* solam, sed extera etiam loca illustrat. Mihi au-  
 tem, ut credo, Lector benevolus vitio haut quaquam  
 dabit,

*Plutarch.*  
*in The-*  
*mist. c. 4.*

*lib. 1.*  
*hist. 1.*

*lib. 34. c. 1.*

dabit, si hâc occasione, nonnulla de *familiarum incrementis & flore*, in genere adduxero.

De familiis acturo prius dicendum, quid per familias intelligi velit. Familia (scribit *Thomasius*.) In *Anno-* significat vel *Rem*, vel personam. *Rem*, ut in *rat. ad lege XII. tabul. Agnatus proximus familiam habeto. tab. 38.* Personam aut unicam, aut unâ plures. *Plures per-* *Philosoph*  
*sonæ*, vel *corpus* aliquod *personarum*, hâc voce *quatuor modis* notantur, 1) cum *familia* plures continet, personas, quæ sunt sub unius potestate, aut naturâ, aut jure, puta *patrem familias*, *matremfam.* *filium*, *filiam*, *nepotes*, *neptes &c.* 2) cum omnes *agnatos* complectitur, 3, cum *corpus* quoddam *servorum*, vel *gladiatorum* intelligitur, 4) cum *tota series consanguineorum*, *viuis & mortuis unâ computatis*, significatur. Aliter *familia* vocabulum à *Politicis* accipitur, & imprimis ab *Aristotele*, cui familia est *νοῦαρία πρῶτη*, ex *lib. 1. Πολιτικῶν* *δικαίων κατὰ φύσιν, χρήσεως μὴ ἐπιμέλειαν ἔνευα*, i. e. *lit. c. 2.* *societas ex pluribus domibus prima secundum naturam*, non *usus quotidiani gratiâ*. Hujus definitionis explicationem invenies apud *Cellarium*. Istius *In Polit.* *familia* *fundamentum est matrimonium* ut scribit *Hugo Grotius de Jure belli & Pacis*. Sed nec hæc acceptio *c. 6.* *lib. 2. c. 20.* *est hujus loci.* *Familia* enim, ut definitur ab *Arniseo* *c. 30.* *in libris de Politicâ* hîc sumitur pro gente, aut certâ aliqua stirpe, uti in illo *Ciceronis*: *Cum sit hoc generi* *Pro Ra-* *prope à naturâ datum, uti quæ in familiâ laus aliqua* *bir. post-* *forte floruerit, hanc fere, qui sunt ejus stirpis* (quod *hum.* *fermo* hominum ad memoriam prodendam *Patrum* virtute celebretur) cupidissimè persequantur. Ita *Imperatoris Augusti stirps* se habet sequenti modo: *Ex Juliâ, Augusti filia*, quam *Pater Augustus*, juxta *Sve-*

*Svetonium, vomicam & carcinoma suum appellavit,*  
*In Angu-* nata est *Agrippina*, quæ nupsit *Germanico*. Hujus  
*stoc. 65.* filia fuit *Agrippina minor*, infelix *Neronis* mater. Cum  
 hoc extincta est *Augusti familia*. Nam *Tiberius*, *Ca-*  
*ligula* & *Claudius* Imperatores non fuere ex *Augusto*,  
 sed ex *Liviâ Augusti* conjugè, quæ ante *Augustum*,  
 nupsèrat *Tiberio Neroni*. *Herodis* sæpe fit in sacris  
 mentio. Primus est *Ascalonita*, qui *Jesuli*, recens  
*vide Mi-* nati vitæ insidiatus *Bethlehemiticos* pueros occidi  
*orelium* jussit. Dicitur est *Magnus*. Ejus Pater fuit *Antipater*  
*in Synta-* *Idumæus*, Avus verò *Antipas*. *Herodes Magnus* ex  
*gmate hi-* uxore *Cleopatrà* suscepit *Herodem*, Regem *Chalcidis*,  
*stor. Ec-* item *Philippum*, qui fuit pater *Herodis Agrippæ*. Is  
*clestasti-* ob *sævitiã* & *superbiã* inter publicas acclamatio-  
*ca p. 138.* nes Angeli ministerio percussus & à vermibus ero-  
*Josephus* susus est. *A. T. 12.* *Agrippæ* hujus filius fuit *Agrippa Ju-*  
*lib. 14.* *nior*, qui *Paulum* audivit. Derique fuit *Herodes An-*  
*Antiqui-* *tipas*, raptor *Herodiadis*, & interfector *Johannis Ba-*  
*rat. c. 2 &* *ptistæ*. Notus aliàs est versiculus:  
*seq.*

*Ascalonita* necat pueros, *Antipa* *Johannem*,

*Jacobum Agrippas*, *Petrumq;* in carcere claudit.

Cæterùm *Felices* fuere *familiæ primævæ* ante di-  
 luvium, quippe quæ sub verè paterno imperio cre-  
 vère, & nullam vim timuère, idque per multos cen-  
 tenos annos. Imo etiam post diluvium, hæc felicitas  
 non minus *familiarum*, quàm *Patrum familias*, usq;  
 ad *Nimrodum* duravit. Sparsis enim gentibus, (sunt  
*In Chro-* verba *Boxhornii*) & inter *primæ Monarchiæ* exordia,  
*nologia* desinunt *imperia illa summa paterna*, & incipiunt *Pol-*  
*P. 2.* *itica*, quæ *jus civilis societatis* & *dominationis* consti-  
 tuunt. Et *Rectores rerum* non *Patres*, sed *Reges*, &  
 in quæ exserunt imperium, non *familiæ*, sed *regna*  
 ap-

appellantur. Horum enim temporum Imperia omnia sunt regia, & Reges, nondum repertis legibus, pro arbitrio exercebant dominationem. *Populus, Lib. 1. c. 2.* scribit *Justinus, nullis legibus tenebatur: arbitria Principum pro legibus erant.* Ex lege *Romuleâ* olim jus vite & necis Patri adversus liberos concessum erat; idque Dominicâ in fervos potestate gravius erat, sed *De impo-* & illud propter abusum & atrocitatem *Parentum,* rio pater- Principum rescriptis abrogatum fuit, uti fuse docet *no cap. 4.* *Besoldius.* Interea tamen magna *Parentum* remanfit p. 19. Auctoritas, imò & potestas, etiam inter paganos, *Laert. in Solone* lonis præceptum est: *Deis sua, γοιέας αιδῶ, Deos (nos Deum) honora.* *Aristoteles Parentibus ναδῶντες Deois,* p. 35. tanquam *Dii* honorem tribuit *Hierocli* in aureo *Car-* *machum* mine vocantur *Dei ἐπιγαιοi Dii terrestres.* lib. 9. c. 2.

Sed propius ad scopum, & videamus causas incrementorum & decrementorum in familiis. Num causa quærenda est in astris, eorumque influxu? Minime. Num in certis & fatalibus annorum periodis, de quibus plurima congestit *Richterus.* Concedi qui- *In Axio-* dem possunt *periodi fatales* sed non ex absoluto *DEI* mat. Po- decreto præfixæ, verum ob prævifas à DEO, causas, lit. p. 1. & quidem vel ob pietatem, vel ob impietatem, vel ob *seq.* nobis incognitas causas. Nonne DEUS, se amantibus, & præcepta divina servantibus beneficia promittit in innumeram generationem? *Jeremiæ ad Rechabitas,* *fi-* *lios pios & obedientes verba sunt: Nunquam deero* *Jerem. 35.* *Jonadabo & filiis Rechabî,* 19. *semper aliquis ex ejus progenie coram me stabit.* Imo ipse Deus ad *Salomonem:* *Si ambulaveris coram me ex toto & infucato corde, exemplo Patris Tui, confirmabo Tibi thronum regni Tui, sicuti promisi Patri tuo dicens: Nunquam deerit Tibi quis de sede Israelis. Pietas, igitur, Pietas, inquam, est*

est adamantinum familiarum fundamentum, & quasi  
 lapis angularis. Tobias Patris pii pius filius vidit pro-  
 geniem suam usque in quintam generationem. Das  
 Geschlecht der Frommen wird gesegnet seyn. Reichthum  
 und die Fülle wird in ihren Hause seyn. Contrariò 1)  
 Impietas est pestis presentissima familiarum. Totas  
 gentes & familias deleri propter enormia delicta ex  
 in Axio- Stigelio annotavit dictus Richter. Et παλιμώτατος  
 mat. Oe- Knichenig: Evertuntur familiae 1) per interitum omnis  
 conom. 55- masculae stirpis, & quidem vel naturaliter morte ordi-  
 nariâ, vel violenter per vim humanam, puta interfe-  
 In operis- tionem tam publicam, quàm insidiosè & clan-  
 Polit. lib. destitutam, vel per casus alios, vel per pœnam ob atrocis-  
 1.c. 5. p. 199- sima crimina & delicta. Sed quænam sunt illa crimi-  
 na & delicta? Potissima sunt 1) Idololatria. Ob hanc  
 2. Reg. 15- extingvitur familia Jehu in quarto gradu. 2) Rebellio  
 12- & parricidium. Ita legibus Macedonum cautum erat,  
 Curt. lib. 6. cap. XI. Ergo, carissime Pater, & propter me morieris, & me-  
 cum? Egotibi vitam adimo, ego senectutem tuam ex-  
 ibid. c. 10- tingvo &c. Rigidam tamen hanc legem, quam  
 abominandam Ammianus Marcellinus vocat, ipse A-  
 Lib. 23- lexander abrogavit. Olim (inquit Alex.) istum morem  
 c. 32- occidendi cum scelestis insontes, propinuos patronosq;  
 Lib. 8. c. 8. solvi. Tertia causa est libido, quæ Tarquinius & regno,  
 Flor. 1. 1. & vitâ, & nepotibus privavit. 4) Injustitia, abusus  
 c. 7- potentiae, & oppressio pauperum. Propter Injustiti-  
 v. 242- am μωδύθροι δ' οἰκοί, decrescunt familiae, ut canit Hesio-  
 Eeg. 43) dus. Idem habet Justitia lacrymas. Contra,  
 ημεγ. Ἄνδρες δ' εὐόγου γενεὴν μετόπισθεν ἀμείνων,  
 ib. v. 220. Viri justii generatio apud posteros præstantior.  
 ib. v. 285.

f) Cru-

*s. Crudelitas, & sanguinis profusio. Alexander M. Philotam crudeliter torqueri, Parmenionem patrem ejus per Cleandrum occidi jufferat, Clitam amicissimum & fidelissimum suam manu transfixerat. Calli- sthenem, adulationis ignarum, truncatis auribus, naribus, labiis q; cum cane cavea inclusit. Sed DEUS Justissimo a progenie & familia ejus graves poenas expetit. Aridus frater Alex. per sagittarios Cretenses fuit confossus. Eius uxor suspendio vitam finivit. Ipsa mater Alexandri cum ejusdem uxore Roxane, & filio Alexandro: jussu Cassandri, denique Hercules filius Alex. a Polyperchonte occiditur. Ita tota familia potentissimi Monarchae penitus excisa est. Denique antiquissimas & splendidissimas familias perdidit luxus, qui apud Romanos, consistebat in vestitu, in comitatu & servitiis, in aedificiis, vehiculis, conviviis con- rumque apparatu, in mensis, lectis, speculis, vasis, ver- bo: in auro & geminis, de quibus omnibus videatur, integer tractatus Joh. Meursii, & Tiraquellus de Nobil. cap. 23.*

*Sed ad familiam Gersdorffianam. Hujus caput ante paucos annos fuit Illustris- simus Dn. NICOLAUS a Gersdorf, S. R. J. Banhererus, & Liber Baro, Dynasta in Baruth, &c. Secretioris Consilii regii & Electoralis Dresdae Director, & Supre- mus Camerarius, Lusatia Superioris Promarchio, in cujus honorem actum solen- nem 1702. instituimus. Obiit quidem, vivit tamen adhuc. Vivit ejus An- nima, cum Daniele, Aulico sanctissimo, sanctissima in Curia, cujus umbra est La Cour sainte edita a Nicol. Caussino. Vivit ejus immortalis fama non in so- la Saxonia & Lusatia, sed in Gallia, Dania & Suecia etiam. Vivit ejus li- beralis eoeptio hic inter pauperes, & orphanos. Quo nomine aeternam apud DEUM & homines hudem quoque meretur, Illustrissima Baronissa & Domina, Dn. HENRIETTA CATHARINA, a Gersdorf, nata Baronessa a Friesen in Hemmers-Bertelsdorf &c. beatissimae Dn. Promarchionis vidua maestissima. Cui si eruditione & multarum lingvarum scientia pares fuerunt vel sunt, ex Gallia Madame de Saliex, & Madame Bernard, ex Anglia Johanne Graja; ex Belgio Anna Mar. Scharmannia & Cornelia Vossia, tamen Pietate & beneficentia, aliisque Virtutibus, Illi palmam tradere coguntur. Vivit denique p. m. Pro- marchio in tribus Dcminis Filiis, paterne fama, & Pietatis hereditibus, nempe in Perillustri Domino, Dn. JOHANNI GEORGIO, R. J. Banderesio, & Lib. Baro- ni a Gersdorf in Kemnitz, Brettnig &c. Reg. Majest. & Elecl. Sax. Camerario.*

76 3190 OK  
Porro vivit Dn. *Promarchio* in Dom. Dn. GOTTLOB FRIDERICO, R. J. *Banderesio*, & Lib. Baroni a Gersdorf, in Baruth, Buchwalde &c. R. Maj. & Elect. Sax. *Consiliario Aula, Justitie, & Appellationum.*


Nec non in Dom. Dn. NICOLAO, R. J. *Banderesio*, in Gers. & Hennersdorf.

Liceat mihi hic addere *generosos Dominos*, ex domo *Milckwitz*, in quibus primas tenet, Dn. WOLF ABRAHAM a Gersdorf, Reg. Maj. & Elect. Sax. *Legatus extraordinar. Hagæ Comitum* residens, cujus *Prudentiam & Eloquentiam*, admiratur *Hollandia & Anglia*. Primitias eloquentiæ audivit hic Auditorium Scholast. vivat diutissime. a) Vivat felicissime. Hunc sequitur Dn. *Hans Heinrich* a Gersdorf, *Locum tenens*, & Dn. CASPAR GEORGE a Gersdorf, in *Herwigsdorf*, porro Dn. CAROLUS CHRISTIANUS a Gersdorf in *Milckwitz*. Necnon Dn. BENNO SIGISMUNDUS a Gersdorf, R. Maj. & Elect. Sax. *Obriister Lieutenant*. Et Dn. JOHANNES ADOLPHUS a Gersdorf, qui *litteras hic & in Academiis* excultas, cum bellicâ dignitate conjunxit, utpote *Regis nostri Magister equitum*. DEUS omnes togato & sagato tempore, felices, imò felicissimos esse jubeat.

Denique ad *Perorantes*. Prior est Dn. CHRISTIANI GOTTLOB KAULFUSII, *Advocati Provinc. filius unicus*, qui familiae Gersdorfianæ *originem & incrementa* commemorabit, & se *Carminè Græco, Lat. & German.* Dn. *Patronis & Præceptoribus* gratum præstabit. ~~Ter~~ jam profectus suos publicè ostendit, *Stojanam memoriã* renovans, deinde *à Josephæ ac peccatum damnans*. b) Imo etiam in actu Oratorio à Tit. Dn. Con-Rect. M. *Michaele Thymio*, Collegâ dilectissimo, in *feriis Nataliis* A. C. 1707. Multùm debet privatae & fideli informationi Dn. *Gembarzowsky*, Collegæ dilecti. Laudem quâ in citatis *Programm.* insignitus fuit, adeò non deperdidit, ut eam in dies hæctenus auxerit. Per 12. annos *subsellia nostra scholastica* tenuit, atque *singulari modestiã & obedientiã* in omnibus classibus ita se gessit, ut nulli non *Præceptorum* fuerit *carissimus*. Itaque cum *benedictione Scholastica* eum dimitto, & ejus *Ingenium, atque animum, Pietatis & gratitudinis studiosum, Patronis Academicis, quã deo fide*, commendo.

Alter est *beati* Dn. GEORGII STENGELII, *Mercatoris Budiss. filius*, natu minimo, qui præcipuos *Christi, quoad humanam Naturam, Majores*, nempe *Adamum antiquissimum, Enochum sanctissimum, Machusaleorum vivacissimum, Noachum afflictissimum, Abrahamum probatissimum, Davidem bellicosissimum, Salomonem magnificentissimum, & Josiam religiosissimum* considerabit. Jam quartâ vice *Cathedram Scholast.* ascendit, 1) in *memoriã Stojana*, c) 2) in *actibus solemnibus*, à dicto Dn. Con-R. institutis, nempe in *Natalibus Christi* 1707. &c. 3) die 4. Sept. hujus anni. Faxit DEUS, ut *telam Studiorum Scholast.* feliciter pertexat, Dn. *Patron. & Cognatorum* satis expectationi faciat, & aliquando cum *doctissimis Viris Stengelii, Carolo & Georgio* in *Eruditorum censum* referri queat. a) *vid. Progr. 8. de adultâ Romæ etate.* b) *vid. Progr. 115. & 118.* c) *vid. Progr. 115.*





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Z6  
3190

Gersdorff

XVI.  
le

# FAMILIÆ RIFIANÆ

incremento,  
non  
STI GENEALOGIA,

ilecti,  
onem bene meriti  
ipuli,

Kaulfuß/ Fridbergâ-Silef.  
Gurus.  
ngel/ Budiffâ-Luf.

anni jam præcipitis  
emoriter sunt habituri.


os ut  
*vi, Fautores & Amici*

& ultimum meum actum,  
afriorem reddere veint,  
petitione instat

ES Rosenberg/  
T. Evang. Rect.

us in Ps. 112, p. 298.  
a DEL, se oblectat in illis  
quod meditetur, habet.  
iro nascetur ab illo,  
nen in orbe potens.  
n non deerit copia rerum  
minas hujus erit.

Literis Richterianis.



55

made 1700